Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



75

in collo vesice et in frante ipsius conglobatur et strangulationem inducit. Sed multi iam perierunt.
Si fiat mictus sanguinis ex abundantia sanguinis et ab epate feriatur vena dextri
brachii. Si aquili vena vel a renibus vel a vesica feriatur vena saphena vel
interior vena tali. Deinde fiant emplastra omnibus causis et locis paciendis cum mastix
olibanum pulverizentur et cum oleo rosarum et albumine ovi. Atanasia cum suco plantaginis
data satis confert. Que si parum profuerint fiant emplastra constrictiva in tractatu dissinterie
scripta. Si sanguis in vesica fuerit conglobatus fiant hec remedia ex parte et satis efficacia
cauliculus agrestis in vino et oleo coctus cathereticus. Aliud ruta et cimini in vino
et oleo cocta cathereticus et hec cathere vel emplastra frequenter renoventur contra strangulationem
et ex calida causa provenientem sunt probata. Lapis arenule et superfluitates dirise
in renibus et in vesica generantur. Generantur autem precipue ex potu aque lutuose aque limo-
se et ex multis cibis ut carne vaccina caprina caulibus ex quibus superfluitates
generate opilationem faciunt in renibus et vesica et quando in essentia lapidis et arenularum
per actionem caloris transmutantur. Ex hiis autem opilatione dirisa occurrunt hominibus incommoda
ut difficultas mingendi et dolor yliacus sequitur. Urinabilis enim meatibus ex aqua
precedentium causarum opilationis cum urina transitum non habet retinetur et distenditur
vesica que distensa collo sui suppositione opprimit. Unde feces transitum non habentes
retinentur ex quarum retentione dolor sequitur yliacus. Difficultas autem mingendi tres sunt species
stranguria disuria et sturia. Stranguria est difficultas mingendi cum aliquis guttatim
mingit et fit ex mediocri opilatione. Disuria est difficultas mingendi cum ad tempus
denegatur urina et fit ex opilatione maxima ad tempus. Sturia omnino prohibet exitum
urine et est mortalis. Distinguendum est autem utrum lapis vel arenule vel humores sint
in causa. Si lapis sit in causa quando emittitur arenule sed non multe ex impetu afflictionis
quando emittitur lapis in modum ciceris vel etiam fabe. Arenule etiam ex renibus in causa in multa
quantitate de ipsis emittuntur cum urina que si cum manibus attrectentur aspere sentiuntur.
Humores opilationem facientes cognoscuntur quia cum urina resolutiones emittuntur et sunt
oblonge forme et in modum pilorum et cum modo urina non facile dissolvuntur nec
dispergunt. Et cum a renibus quidem veniunt predictam formam habent cum vero a vesica
magis spisse et conglobate sunt. Distinguendum est ergo utrum causa contineatur in renibus vel
in vesica. Causa in renibus existente dolor renum adest et dominatio pedum et toxe
dextre quod est si in dextro rene sit causa. Sinistre vero si in sinistro. Si autem causa
fuerit in vesica dolor est circa pectinem et peritoneon. Et notandum quod arenule
a renibus venientes solent esse rubee a vesica vero albe. Notandum est quod hiis passionibus
curantur ex arenulis difficilius ex lapide autem numquam curantur aut difficilime. Puri
puri curantur per incisionem de lapide. Adolescentes per incisionem secundario in iuventute
et senectute periculosa est incisio ultra xl annum non curatur. Hec passio iuxta
cypocras. Qui cum nefretici fuerint ultra xl annum non curantur licet dirise sint cause

de lapide et arenulis